



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. XXV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

C A P . X X I V .

TV autem, gressus meos ac semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, ubi te diutius duci vides, intendisti in me arcum ac sagittas direxisti: quæ non corpus, ut antea ferirent, sed pertingerent usque ad divisionem animæ, compagum quoque & medullarum. Etenim rem cordi meo carissimam eripuisti, non ex improvise, aut brevi tempore, sed paulatim, ac multorum mensium decursu: quo diutius acerbiusque animi cruciatu distraherer. qui quidem cruciatus tantum habuit acerbitatis, ut ceteræ omnes superiores ægritudines ludus jocusque fuerint, præut hujus crudelitas quæ dedit. Quid multa? quod nec mors patris mei, nec damnum rei familiaris, nec interitus matris, quod neque tam multi tamque lethales corporis morbi potuerunt efficere, dolor hic animi, ex rei mihi carissimæ jucundissimæque jactura acriter vehementerque infixus, expressit; videlicet, ut veram tibi deditioem facerem, neque prolatarem, ut sæpius antea feceram.

C A P . X X V .

ERgo, per hunc modum flagellatus ac percussus à te, apprehendi disciplinam; veritus, ne, si exardesceret in brevi ira tua, perirem in æternum de via justa. Tu vero, quæ tua est benignitas, oblitus iniquitatum mearum, non recepisti me in numerum fervorum tuorum, sed in locum filii longe carissimi. Nam accurrens, cecidisti super collum meum, osculum mihi dedisti, ac stolam primam, quam proferri jusseras, imposuisti. Tum factum est gaudium
in